VSVS ET AVTHORITAS,

Id est,

LIBER LOQVENS,

feliciter incipit,


Sub Titulo

ENTHEATI MATERIALIS primi HEXAMETRA & PENTAMETRA (vel tenellulis & inexercitatis tyronibus) primo introitu abundè largientis:

Authore

I. W. Lond. Med. Doct.

LONDINI,
Excudebat *Felix Kyngstonus.*
1626.



POTENTISS. MONARCHÆ

CAROLO,

ANGLIÆ, SCOTIÆ, FRANCIÆ ET HIBERNIÆ REGI,

Soli conatuum suorum Fautori, Promotori, Patrono, Opt. Max.

Has, Operis futuri,
Primitias,

Quarum ductu Carmen olim composuerat;
Quarum Praxin P.M.
Patri, Princeps, ostenderat;
Quas adhuc squalidas, incultas, & nitore vacuas (per Equitem auratum, à cubiculis) postulârat.

Elimatiores, tantóq; Domino digniores, Supplex *tandem vovet consecratq;*

Sacra

Sacræ suæ MAIES-
TATIS,

Humilimus & integerrimus
subditus,

IOS: WEBBE,

Med. Doct.

Scopus Authoris & operis. — *Libri imprimendi.*

- Vsus, seu Liber loquens, (ex optimis Authoribus)
  - &c.
  - *Hebraicè.*
  - *Graecè.*
  - Latinè *vel est.*
    - Entheatus seu Poeticus, multiplex.
      - Materialis seu verbalis.
        - Hexameter, Pentameter — Entheatus materialis primus.
        - Sapphicus, Adonicus — Enth. mat. 2.
        - Asclepiadæus — Enth. mat. 3.
        - Phaleucius — Enth. mat. 4.
        - Iámbicus — Enth. mat. 5.
        - &c.
      - Formalis seu clausularis.
        - Hexameter, Pentameter — Entheatus formalis primus.
        - Sapphicus, Adonicus — En. for. 2.
        - Asclepiadæus — En. for. 3.
        - Phaleucius — En. for. 4.
        - Iámbicus — En. for. 5.
        - &c.
    - Eulogi⁹ seu Oratori⁹ multiplex.
      - Materialis seu verbalis.
        - Dialogicus — Eulo. mat. 1.
        - Epistolaris — Eulo. mat. 2.
        - Declamatorius — Eulo. mat. 3.
        - Historicus — Eulo. mat. 4.
        - &c.
      - Formalis seu clausularis.
        - Dialogicus — Eulo for. 1.
        - Epistolaris — Eulo for. 2.
        - Declamatorius — Eulo. for. 3.
        - Historicus — Eulo. for. 4.
        - &c.
  - *Italicè.*
  - *Gallicè.*
  - *Hispan.*
  - *Teuton.*
  - &c.

Hexameter
Pentameter
Sapphicus
Adonius
Asclepiadæus
Phalæcius
Iambicus
&c.

Eucheama materialis primum.
Euch. mat. 2.
Euch. mat. 3.
Euch. mat. 4.
Euch. mat. 5.

Hexameter
Pentameter
Sapphicus
Adonius
Asclepiadæus
Phalæcius
Iambicus
&c.

Formalis seu clausularis.

Eucheama formalis primum.
Eu. for. 2.
Eu. for. 3.
Eu. for. 4.
Eu. for. 5.

Materia seu verbalis.

Dialogismus
Epistolaris
Declamatorius
Historicus
&c.

Eulo. mat. 1.
Eulo. mat. 2.
Eulo. mat. 3.
Eulo. mat. 4.

Formalis seu clausularis.

Dialogismus
Epistolaris
Declamatorius
Historicus
&c.

Eulo. for. 1.
Eulo. for. 2.
Eulo. for. 3.
Eulo. for. 4.

Epilogi seu Clausulæ

Historica.
Græca.
Latina vulgaris.
Italica.
Gallica.
Hispan.
Teuton.

ENTHEATVS MVLTIPLEX:

(*Id eſt*

ARTIFICIVM POETICVM,

nouum & mirabile.

Cuius ope,

QVIVIS LATINÆ Linguæ ignarus, ex tempore *Verſus pariet*:

Linguæ peritus (abſque omni *poëtices arte, vel præceptis*) quemuis animi ſenſum, Verſu exprimet;

In Poëſi verò exercitatus, ſtupendis inuentionibus, ſupra vim humani ingenij abundabit.)

Materialis,		*primus.*
vel	}	*ſecundus.*
Formalis.		*tertius, &c.*



ENTHEATVS
MATERIALIS
PRIMVS,

MARE OVIDIANVM TOTVM, EIVSQVE effluentias,

HEXAMETRICE, *vel* PENTAMETRICE,

FACTAS, VEL FVTVRAS, integrè circumcingens.

Libri Genius.

ET quoniam Deus ora mouet,
ſequar ora mouentem
Rite Deum, Delphóſque meos,
ipſúmque recludam
Æthera, & anguſtæ reſerabo
oracula mentis
Magna, nec ingenijs inueſtigata
priorum,
Quæque diu latuêre, canam: iu-
uat ire per alta
Aſtra, iuuat terris & inerti ſede
relicta
Nube vehi, validíque humeris
inſiſtere Atlantis:
Palantéſque homines paſſim, &
rationis egentes
Deſpectare procul.——

Ou. Met.

Metro-

Metrophile Chariss^c.

REgio diplomate, tum ad sumptus, tum ad labores audacior; portentosum illud & multis nominibus suspectum opus aggredior: varijs constans partibus, quarum vel minima suus est titulus peculiaris, & vsus notabilis.

Totum appellatur Vsus & Authoritas, seu Liber loquens. Omnes enim linguas tam vernaculas quàm exoticas perfectè callet, & amplectitur.

In qualibet, opus nostrum vel est Liber Entheatus, vel Eulogius; hic Oratorius, ille Poeticus.

Vterque plures sui nominis continebit libellos; tempore, numero, & qualitate distinctos.

Omnium

Omnium verò primitiæ hic est, qui Primus Entheatus Materialis *nuncupatur.*

Hic Primus, intelligatur Libellus, omnia comprehendens vocabula, quæ à suæ tempestatis Authoritate, consuetudine, & vsu loquendi mutuatus est Ouidius, ad pulcherimam illam operum suorum fabricam (quâ etiam nunc fruimur) construendam.

Hanc ego fabricam (saluo Prototypo) analyticè destruxi. Quo facto, vsui, (legitimo Domino) mutuatum illud reddidi. Redditum, denuò, meo nomine repetij; vt ex oßibus & cineribus prioris, nouus Phænix, noua genesis exoriatur.

Lignea enim à lapideis, à cæmento lateres secernens & expurgans; singula, tali modulo vel typo reformaui; vt

cui-

cuilibet idoneo liceat artifici, nouum ædificium, pro nouâ cuiusuis Ideâ, siue rectâ, siue curuâ, siue humili, siue sublimi, artificiosè & tanquam à fundamento fabricare.

Et hoc ideò factum est, vt tenelluli præcipuè, & quorum labilis memoria prægraui regularum cumulo ad desperationem vsque oneratur; non modò facilitate, & ioco quodam delectabili ad aliquid indies concinnandum allicerentur: verùm etiam, optimorũ virorum authoritati & monumentis assuefacti (quò toties imò barbatuli à Grammaticis infructuosè nimis ablegantur) legitimum tandem, repetitis actibus, acquirant habitum; necnon tempore maturi, suas excerpant & coaceruent

ceruent obseruationes, suas etiamnum regulas & artes; quandoque tales, quæ non modò confirment hactenus editas; sed, quæ imperfectas corrigant, deficientes suppleant.

Inexhaustam enim obseruationum profunditatem continet regula regularum omnium Authoritas. E quâ cùm scopum tuum quodam tenus attigeris, caue ne vitiatâ appetentiâ sis insatiabilis; & vmbraticis rerum inuolucris obsenescas.

Interim, hæc habeto, quæ, tanquam à finibus arentis artis, in amœnissimum & vberrimum Authoritatis agrum exeunt; vt te (beneuole) vnà conducant & celeriùs, & succosiùs ibidem nutriant.

Liber

Liber Expansus.

P*Ræfata vocabula mutuata, seriatim hìc, & modo tali disponuntur; vt aliud quàm* Carmen Hexametrum, aut Pentametrum, *recta lectione, concinnare nequeant.*

Totus, triginta quatuor constat Articulis; quarum, quælibet propria litera seu literis insignitur A. B. C. D. *& sic deinceps ad* A I. *vsque inclusiuè. Qui omnes comprehenduntur bifidis libellulis septemdecem.*

Dictiones comprehensæ in primo libellulo sub Articulo A. vel B. *diriguntur ad Articulos* C. D; E. F; &c. *Et quæ sub* C. vel D. *ad* E. F; G. H; *&c. vt in reliquis.*

Hæ literæ collocantur priores

res à sinistris, posteriores à dextris (interiectâ dictionum subsequentium quantitate) sub titulo, in capite paginarum cuiusuis Articuli, si vnius sit generis pagina: vel in capite & medio, si plurium.

Et ab hoc literarum vsu, priores vocentur Directæ, *posteriores* Dirigentes. *Quas qui alphabeticè sequitur,* rectè legit.

Quilibet Articulus quatuor mouetur partibus ceu musculis mouentibus, Substantiuo, Adiectiuo, Verbo, & Indeclinatis; quæ itidem Figuris, 1. 2. 3. 4. pro varijs vocabulorum differentijs, pluries sub eadem quantitate adnotantur.

Substantiuis, adhærent Pronomina etiam Substantiua. Adiectiuis, Pronomina reliqua,

Parti-

Participia, & voces Gerundiua. Verbis, Supina. Indeclinatis, quatuor illæ Partes, quæ sub hoc titulo apud Grammaticos reperiuntur.

Et qualibet harum figurarum proprium habet Alphabetum; vnde vices etiam supplet Dictionarij.

Dictiones ijsdem versuum locis reperies, quibus ab Ouidio vsurpantur. Idque nec iniuria. Sunt enim hoc modo, speculum Ouidianum, quo te tuásque compositiones intueri licet & corrigere.

Scio me alias posse quantitates ijsdem locis seu Articulis ingerere, quas Poeta non recepit; alias etiam dictiones receptis quantitatibus: sed hæc, nè speculum dirumpatur, missa facio. Quo vel dirupto vel ma-

maculato, syncerè mitur in hisce animaduerteres vel Ouidium cum regulis prosodialibus, vel has cum Ouidio comparatas; aut Praxin per Theoriam, aut Theoriam per Praxin esse confirmatas; nec perspiceres (Authoritatem non ex Regulis, sed) ex Authoritate Regulas esse collectas; Aut alias adhuc esse obseruationes Prosodiâ illâ communi fortè non indiguas, & sine quibus manca omninò est & arida. Quæ omnia, & alia quàm plurima in hoc practico vsus speculo luce clarius apparebunt. Quod etiam fatentur obseruationes Liliana de medijs syllabis. Vbi inquit Author: Cætera fœlicius docebit vsus & Poetarum obseruatio, quàm vllæ Grãmaticorum Regulæ, quas sine vllo aut modo aut

aut ſine tradere ſolent.

Sunt tamen quædam vocabula in hiſce libellulis, quæ ab vno loco in alium transferri poterint, inuiolato ſpeculo; ſed ne creſcat volumen, breui horum collatione *in fine Praxeos, ſis contentus.*

Te nihilominus circa hæc vocabula id vnum obiter admoneo: Ouidium ſæpiſſimè, & alios, in cæſuris, ſyllabas natura breues pro longis vſurpaſſe. Sed te (chariſſime) non perterreant. Quamuis enim author non ſim, vt dictiones hæ, (maximè aliundè ad fines ſectionum allatæ) crebriùs quàm par ſit vſitentur: cum tamen ſola mihi Authoritas ſit Regula certiſſima; ex qua tanquam ex fonte omninò ſufficiente, & luxuriãte, omnes hactenus poëſiographorum regulæ ſcaturiuerint:

rint:

rint: causam legitimam non inuenio, cur tales in cæsuris dictiones, toties, tantique viri Authoritate occurrentes, abdicarem. Sin adnotatas dictiones locis cæsurâ carentibus asciueris; caue ne ijs, quarum vltima breuis est, vtaris; quod vt cautiùs obserues, in nostris libellulis, scias, Dictiones quarum Dirigentes *sunt* I. vel K. *cæsuram constituere Triemimerim*; P. vel Q. *Penthemimerim*; W. vel X. *Hepthemimerim*; A C. vel A D. *Enneëmimerim.*

Et cùm omnibus non constet, quæ sit breuis, quæ longa syllaba; dictiones sic se habentes, præfixis [a] *obelis volui notare.*

a † *Haud aliter etiam Ambigua vel præfatis numeris, vel notulis marginalibus vndique distinguuntur.*

b * *Sic & suspecta* [b] *asteriscis præ-*

præcauentur. Nec minus syllaba natura breuis in loco longo, notulâ [c] breuitatis: & longa in loco breui, notulâ [d] longa, tam in primis quàm in medijs superimpositâ deteguntur.

c ᴗ
d –

In margine etiam reperiuntur numeri, sex [e] simplices, singulares; & totidem [f] duplices, plurales casus denotantes.

e 1. 2, &c.
f 11. 22, &c.

Prætereà, quædam paginarum titulis distinguuntur: vt quæ, Hexametris æquè inseruire possunt ac Pentametris; quæ, solis vel Hexametris; vel Pentametris.

Quædam Italicis characteribus imprimuntur: Et hæc sunt quæ per Synalœpham aut Eclipsin elisionem patiuntur.

Sed vt rem penitiùs adhuc assequamur, Versum ipsum (non neglecta methodo) in Materiam & Formam bisecamus. Mate-

riam denuò in simplicem seu verbalem; & compositam seu clausularem: Formam etiam in quantitatiuam, tam verborum quàm clausularum; & materiæ Clausularis dispositiuam; vnde Enthcatorum nostrorum & Eulogiorum aliqui superiùs dicuntur formales. Et in tali formâ & materiâ tota Versus (vt Versus) externa sita est perfectio aut imperfectio.

De materia simplici, non modò quid sit; sed & formæ quantitatiuæ quot in hoc genere, & quæ sint, exquisitè adeò depinximus, in Tabulis nostris vniuersalibus Florentiæ, 1614. relictis (in manibus Perillustrium Amicorum Francisci Vinta, Equestris Sancti Stephani Ordinis Prioris, magnique Duci Hetruriæ à cubiculis; Canonici Bartolini; & expertissimi

ſimi Mathematici F. Peroni; quos & nunc amoris, & Academia noſtræ cauſa commemoro) ut hoc unum auſim affirmare de formis quantitatiuis Hexametris & Pentametris; nullam iam factam à quopiam, aut futuram, quam nos ibidem non poſuimus. Hìc nullas apertè, clam tamen omnes præcipuas, tã Ouidianas, quàm Virglianas inſeruimus: quibus (etiamſi nolueris) inuiſibiliter manuduceris. Quod Praxi ſequenti manifeſtatur.

Libri Praxis.

CArmen non ita pridem voluit Illustrissimus amicus. Quæsiui, quale? Hexametrum inquit. Subiectum peto. Offert Amorem. Sed de Amore quid Casus porrexit, audi.

Aperto negligenter libro, auersoque oculo, sorte, Clamor, dictionem indigito. Cui intrusiuè (dum sequor literas dirigentes) subsequitur, Adulterij: huic Sceptrum; cui Suppressit: Tandem, subiectum sensum concludens, illicò tale obtulit Hexametrum:

Clamor adulterij sceptrum
suppressit amoris.

Cuius Collectio sic fit. Sumpto primo Libellulo A. B. spaciosum electionis campum nonaginta paginarum introiui, sub Litera

Litera directa B. *quantitate* [a] *Trochaa, ac Titulo*, Hexametri & Pentametri : *vbi inter alia multa vocabula, opportunè se mihi offert* [clamor] *quod, vel (separatis libellulis) calculo superimposito simpliciter noto; vel (simul ligatis) calamo, superascriptâ* Dirigente, *hoc modo*, clamor [c]. — υ

Dirigente *illâ superiùs à dextris posita, manuducor ad Libellum vel Articulum* E; *qui etiamsi mihi porrigat septem varias quantitates, varias etiam sub singulis dictiones; vnicam tamen* [adulterij] *sub quantitate Iambanapæsta reperta, addo priori, vt* clamor [c] adulterij [q]. υ - υ υ -

Hic Dirigens *est* Q. *Quamobrem, me ad Libellum* Q. *accingens, inuenio Titulum mutatum in* Hexametrum tantùm,

tum; *vel* Pentametrũ tãtum.
Sed, quoniam mihi proposuerim Hexametrum; illà parte Q, cui Titulus est Hexametrum tantùm, *sum contentus. Ibi enim mihi fit copia octuaginta plus minus foliorum; quarum nulla est dictio, à minima ad maximam, quæ versui meo conficiendo, non sit habilis, idonea, & prompta, vt mihi, secundum magis aut minus, (vt cum scholasticis loquar) inseruiat: placuit tamen, inter tot millia vocabulorum, vnum* [Sceptrum] *superioribus adnotare.*

Hoc vocabulum Dirigente *superimpositâ, me dirigit ad Libellulum* X, *qui partim est Hexametris; partim Pentametris destinatus. Sumo partem Hexametram. Hæc, primò, plures offert quantitates; Eligitur trissyllaba; quæ hoc in loco, vel*

est

est quatuor temporum,[a] *Anapesta, vel quinque,*[b] *Antibacchia. syllabâ namque*[c] *breui, unius; &*[d] *longâ, duorum temporum; metiuntur quantitates reliquæ. Arridet præ cæteris, quantitas Antibacchia; quia relinquit Anapestam in fine Hexametri, optimè sonantem. Sub hac quãtitate, tres afferuntur dictionũ* Quaternarij: *in quolibet quaternario, quot numeri, tot sunt arcæ siue Capsulæ: quarum* 1. *est arca Substantiuorum,* 2. *Adiectiuorum,* 3. *Verborum,* 4. *indeclinatorum, vt latiùs superiùs explicauimus:* [Clamor] *&* [Sceptrum] *requirunt tertiæ personæ verbum. Quamobrem, sub capsula* 3. *primi quaternarij, in promptu est, præfatæ conditionis (quod reliquis non conceditur) vocabulum* [suppressit] *quod*

a ∪∪–
b ––∪
c ∪
d –

& nominatiuo [Clamor] *& accusatiuo*[Sceptrum]*apprimè conueniat.*

Vocabulum[Suppressit]*me ad* A E. *dirigit : vbi, & Carminis constructio & subiectum eligunt* [Amoris] *vocabulũ; quod sensum, versúmque feliciter concludit.*

[Amoris]*illud, me de integro ad* A. vel B. *remittit : quæ principium noui futuri Carminis, vel Exercitij denotant : finem itaque præsentis. Quamuis .n. finis nullius indigeát literarũ dirigentium; tamen, quia studiosorum vtilitati potiùs, quàm inani vnius carminis aut exercitij iactantiæ, studuimus; illos hisce literis admonere voluim⁹, nec Solem, aliósue Planetas, vna reuolutione diurnâ, mot⁹ suos annuos reddere perfectos : nec Poësis studiosos, vno aut altero exercitio,*

ercitio, (vel versificatoris, nedũ) Poetæ nomine, esse dignos. Pluribꝰ igitur Entheati *huius circuitibus, pluribus exercitijs incumbendum: quod literis hisce* dirigentibꝰ (*ad nouas eos, perpetuò reuolutiones reducentibꝰ*) *innuimus. Et hoc genus exercitij, quamuis fortuitum videatur & inuisibile: mirum tamen est; quanti sit emolumenti tum ad inuentionem promouendam; tum ad vocabulorum quantitatem memoria retinendam.*

Quod si apparenti forma duci cupias, & nostras vniuersales Tabulas nondum habueris, ipsum sumas Ouidium *aut* Virgiliũ; *eligas Versum, quem (secundum numerum, similitudinem & quantitatem formales) pro arbitrio imiteris.*

Sed Praxin fortasse cupis.

Quam

Quam dũ exemplis prosequar, non modò aliam ad Versum; sed ad inuentionem etiam aliam demonstrabo methodum.

Dialectici & Rhetores de Inuentione tractantes, Topica tanquam eiusdem media proponunt. Quæ si tibi non occurrerint; non tamen expauescas. Scias enim suo modo, omnia de omnib' *dici posse. Igitur, quascunque nostri Entheati dictiones vel fortuitò tetigeris, se tibi Locorum Topicorum instar obtulisse memineris; quibus pro ratione subiecti vtaris vt sequitur.*

Sit subiectum, Ira. *De qua vt habeas quod dicas, sumantur primi Entheati dictiones substantiales,* * æs, ars, os, vrbs, *&c. quæ si ex multis eligerentur feliciùs proculdubio inuentioni inseruirent. Sed his*

A. * pag. 1.

ad

ad tempus vtamur.

Æs; *mihi significat facultates, diuitias, &c.*

Ars; *ingenium, peritiam, industriam, &c.*

Os; *vires, fundamentum, causam, &c.*

Vrbs; *nationes, regiones, &c.*

Hoc facto, consideretur an ab his laudanda sit, Ira: *vel vituperanda.*

Mala (si tibi visum fuerit) vituperentur; bona, laudentur: mala plerumque est, Ira: *vituperetur igitur.*

In Iram.

IRa [a] diuitijs suffulta, maximè si [b] ingenio & inuentionibus perniciosis associetur; quib' & [c] vires & causa prętẽsionis arrideant;

a æs.
b ars.
c os.

mala

d vrbs. mala molitur infinita. Ad [d] vrbium enim & ciuitatum euerſiones; ad regionum deſtructiones; hominúmq; clades; præceps quotannis, ac miſerrimè prorumpit. &c.

Hìc obiter, ſi vlteriùs de diuitijs, vel de reliquis locis Topicis ſermonem dilatare volueris: alias iterum ſumas dictiones, * bos, crus, dos, Fas, *&c. quibus vel meo vel tuo modo procedas, vt antea.*

*B. 33.

a bos. b crus. c dos. d fas. Ira diuitum, quæ [a] belluarũ more, illos abſq; diſcurſu aut ratione, maximo cum [b] impetu, in [c] pauperes & debiliores, [d] fas nefáſue, protrudit.

Sequatur nunc ſenſus ſuperius poſitus [maximè ſi *&c.*] *& inuenies tres dictiones ad plures lineas dilatatas.*

Reliquum eſt vt inuentionem proſâ delineatam, Verſu mox aſtringas,

astringas, secundum apparentes Poetarũ formas, vt puta Ouidianas. Sumantur igitur quæ reperiuntur in principio Metamorphoseos.

In noua fert animus mutatas
dicere formas
Corpora: Dij ceptis nam vos
mutâstis & illas,
Aspirate meis. Primáque
ab origine mundi,
Ad mea perpetuum deducite
tempora Carmen.

Ecce formas quantitatiuas; quibus materiam introducas, pro præscriptâ (de Ira*) inuentione; ex* Entheato *nostro* materiali primo; *eo modo, quo ab imperito, & inexperto versificatore factum est quod sequitur.*

Si malè mens opibus turbatur,
turpiùs Irâ;
Insuper, & solers fit vir, subtilis
& vltor;

Con-

Conuenêre simul vires, & adultera causa;
Mox cruor occiduas circumfluit horridus vrbes.

Sunt & aliæ adhuc formæ, quæ non modò locorum quantitatem obseruãt, sed inuentionis & verborum etiam dispositionem: quas (ne tibi sim tædio) Authoritatis magistris, eorumque discipulis communicandas, oportuniùs reseruo.

His itaque duobus modis non solum ad Versum habes methodum, sed etiam ad inuentionem. Nec ad particulares aliquos sensus aut Versus, sed ad omnes; modo iudicio & electione valeas.

Quamuis enim integrum Idioma omnibus suis constet vocabulis: non tamen opus est vt ad singulos sensus exprimendos, omnes habeas dictiones.

nes. Nam, etiamsi quicquid conaberis dicere, Versu poterit comprehendi: non tamen quælibet dictiones, ratione quantitatis, aptæ sunt vt Versui inseruiant; multò minùs erunt aptæ, si Hexametri *vel* Pentametri *Carminis limitibus te astringas.* Hexametra *vel* Pentametra *forma nihilominùs sufficiens est, quà singulì animi conceptus exprimantur.*

Necdum omnes probatæ quantitatis dictiones ad nostram Entheatum primũ *sunt admittendæ, quem ea sola vocabula, quæ ab ipso Ouidio excerpuntur, pro tempore continere volumus. Fuit tamen illi ad omnem sensum exprimendum abundè sufficiens. Ad tempus itaque tibi etiam sufficiat. Nam quod à te vno modo exprimi*

mi nequit, alio potest, idque ferè in infinitum; vt perpulchrè ab Erasmo, nec malè à nobis alibi (de Varietate) demonstratur.

His itaque perspectis, si mox es in arenam descensurus maximâ vndique tum rerum copiâ ad inuentionem; tum verborum, ad inuentionis delineationem, abundabis; Ea facilitate, & iucunditate fretus, vt prorsùs non dubitem, quin breui, tibi alter in Versu videaris Ouidius.

Interim animaduertas, nostrum Entheatum *præsentem tripliciter posse ligari. Integrè; vel per Hemistichia, ad minorem loci incommoditatem; vel separatis libellulis, musicorum more, ad maiorem Versificantis vtilitatem: nam quod primis duobus modis verbatim*

non

non adeò facile fiet; Tertio, nullo labore, calculis designato Versu, promptè simul totus describetur.

Caterùm, sano me modo intelligas velim. Quamuis enim me non latet, Æsculapio haud esse infensa quæ Apollini sacra: Hæc tamen non vt Versifica gloriar peritia, vel vt solo Carmine tibi sim vsui exarata credas; sed vt methodum, si capis, habeas ad vtiliora; & Cursum interim abbreuiare poßis ad maiora. Ad quæ cùm appuleris mei etiam memineris.

Si in aliquibus errauero, admoneas obsecro: libentiùs enim disco quàm doceo. Vale.

Colla-

Collatio superiùs promissa.

(Vbi stellulata sunt Pentametra)

In Monosyllabis.



Rransferantrur, & mutuò se adiuuant in [a] *longis libelluli,* . A. C. G. I. N. P. *P. T. *T. W. *W. A A. * A C. A G. A I. *Idem etiam alio consortio faciunt* . B. D. H. K. O. Q. *Q. V. * V. X. *X. AB. *AD. AH. AK.

a –

In [b] *breuibus,* C. E. I. L. P. R. *R. *T. W. Y. *Y. * A A. A C. A E. *ex vna parte; ex altera,* D. F. K. M. Q. * S. S. * V. X. Z. * Z. A D. * A B. A F.

b ∪

In

In Dissyllabis.

[*] *Spondæo, uno modo*, A. C.G.I.P.T.W. AG. c – –
Alio, B.D.H.K.Q.V. X.AH.

[d] *Trochæo*, A. G.N. * P.T.* W. AA. vel B. H. O. * Q. V. * X. AB. d – ∪

[e] *Pirrhichio*, C. I. P. * R. W. * Y. AC. vel D. K. Q. * S. X. * Z. AD. e ∪ ∪

[f] *Iambo*, E. L. R. * T. Y.* AA. AE. vel F.M.S. * V.Z.* AB. AF. f ∪ –

In

In Trissyllabis.

g – – –	[g] *Molosso*, A. C. G. P. T. vel B. D. H. Q. V.
h – – ᴗ	[h] *Antibacchio*, C. I. P. W. vel D. K. Q. X.
i – ᴗ ᴗ	[i] *Dactylo*, A. G. * P. T. * W. A A. vel B. H. * Q. V. * X. AB.
k ᴗ ᴗ –	[k] *Anapæsto*, C. I. P. * R. W. * Y. A C. vel D. K. Q. * S. X. * Z. AD.
l ᴗ – ᴗ	[l] *Amphibracho*, E. L. R. * T. Y. vel F. M. S. * V. Z.
m ᴗ – –	[m] *Bacchio*, E. R. A E. vel F. S. A F.

In

In Quadrisyllabis.

ⁿ *Dispondæo*, A.C.P. n - - - -
vel B. D. Q.

ᵒ *Peone secundo*, E. R. o υ - υ υ
* T. Y. vel F. S. * V. Z.

ᵖ *Peone tertio* C. I. P. p υ υ – υ
* R. W. vel D. K. Q.
* S. X.

ᑫ *Epitrito primo*, E. R. q υ - - -
vel F. S.

ʳ *Epitrito quarto*, A. T. r - - - υ
vel B. V.

ſ *Iōnico à minore*, C. P. ſ - - υ υ
W. vel D. Q. X.

ᵗ *Iōnico à maiori*, C. P. t υ υ - -
vel D. Q.

ᵘ *Choriambo*, A. G. u - υ υ -
* P. T. * W. A A. vel
B. H. * Q. V. * X. A B.

In

In Pentasyllabis.

w -υυ-υ w *Choriamphibracho*, A. * P. T. vel B. * Q. V.

x ---υυ x *Spondaeodactylo*, A. T. vel B. V.

y -υυ-- y *Choribacchio*, A. A A. vel B. A B.

aa --υυ- aa *Spondanapaesto*, C. P. W. vel D. Q. X.

ab ----υ ab *Spondantibacchio*, P. vel Q.

ac υυ-υυ ac *Pirrhichiodactylo*, C. P. * R. W. vel D. Q. * S. X.

ad υυ--- ad *Pirrhichiomolosso*, C. P. vel D. Q..

ae υ-υυ- ae *Iambanapaesto*, E. R. * T. Y. vel F. S. * V. Z.

In

In Hexasyllabis.

[ag] *Molossanapesto*, A. ag ‒ ‒ ‒ ◡ ◡ ‒
T. vel B. V.

[ai] *Didactylo*, A. *P. ai ‒ ◡ ◡ ‒ ◡ ◡
T. vel B. * Q. V.

[am] *Dianapesto*, C. P. am ◡ ◡ ‒ ◡ ◡ ‒
*R. W. vel D. Q. * S.
X.

(a) In

In Heptasyllabis.

-an-uu-uu- [a] *Dactylochoriambo*, A. * P. T. vel B. * Q. Y.

uu-uu- ... *Sed vt huius collationis vsum adhuc meliùs percipias, fructúsque capias vberiores: Sumatur vna aut altera quantitas; exempli causa*, [a] *Trochæa illa dissyllabica. Collata, hoc in loco sunt*, A. G. N. P. T. W. A A. *Conferantur modo* A. *ad* G. *& è conuerso, ad* A. G. *& vtrinque reciproco gaudebunt incremento.*

a – u

Nam Capsula 1. *primi quaternarij, Articuli*: A. *ditat eandem capsulam Articuli*, G. *triginta duabus sub-*

ſubſtantiuis: & G. ibidem, ſeptem ſubſtantiuis augmentat A.

Idem etiam obſerues in capſulis 2. 3. 4. eiuſdem quaternarij. Idem & in reliquis duobus quaternariis eiuſdem quantitatis.

Quod ſi vel A. vel G. conferatur ſecundum eandem quantitatem cum reliquis etiam literis N. P. T. W. A A. & ſingulæ cum ſingulis; fruſtra de loci anguſtia, me iudice, quereretur.

Tentetur modo altera quantitas, nimirum [b] Dactyli, vbi, Libelluli A. G. P. T. W. A A. ſe augmentant mutuò. Conferantur A. & G. manifeſtum erit G. ab A. maximâ vocabulorum copiâ ditari poſſe: A. verò à G. perpaucis vocabulis, iiſque vel per ſynalœ-

b — ∪ ∪

 pham,

phan, vel Eclipsin mutilatis.

Hæc impar vocabulorum mutio, inter A & G. me dubium reddit obiter, an rectè fiat hæc collatio, hoc in loco, necne. Sed, speculum dum paulo intentiori adhuc animo introspicitur; certior obseruatione factus sum: nullam, nisi inter mutilatas fieri hoc in loco collationem oportere.

Hoc, dum rectè statuitur, nascitur ex Authoritate eiusdemque obseruatione talis Regula.

In Hexametris vel Pentametris post primum Carminis Spondæum vel Dactylum; nec vocabulum dissyllabum, nec trissyllabum; spondæum, vel dactylum; integrum & sine mutilatione, secundo loco admittātur.

tur. *Vlteriori adhuc collatione nascitur etiam hæc altera.* Post Enneëmimerim in Hexametro non ponatur dictio cuius prima litera sit vocalis. *Quas non inconsultò adderes Regulis tuis Grammaticalibus reliquis. Et hoc lucro, hâc primâ harum literarum collatione contentus; ceteras earundem collationes ipse mox ad libitum insectari poteris. Hac, enim, de fertili & numerosa integrorum ac mutilatorum, à literis directis, seu Articulis, sumpta collatione, breuis sufficiat admonitio.*

Restant adhuc alia tam mutilatorum, quàm integrorum augmentationes: quarum pauca hæc exempla, sic habeto.

Mutilata in A *sub quantitate.* ^a *Spondæa augmentan-* a --

 tur

b - - - tur ab integris tum [b] Molossis, tum [c] Antibacchijs mu-
c - - υ tilatorum conditiones retinentibus, h,e. in vocali vel in m. desinentibus.

Integra, vlterius etiam incrementum sumunt á Dirigentibus imparibus, h. e. à dictionibus sub his reperiis; hoc tamen incrementum non est reciprocum; capsulæ namque recipientes, dantibus nil reddunt; nisi adhibitâ cautione vltimæ syllabæ. Vt puta;

a — υ υ — In Articulo, A. vocabula [a] choriamba primi quaternarij, sub Dirigẽte I. quæ impar est litera; augmentant vocabula quinti quaternarij, sub litera dirigente K. quæ par est. Sed non omnia sub K. possunt augmẽtare vocabula illa, quæ sub I. reperiuntur: quædam enim, quorum vltima breuis est, excipiuntur

untur.

Quantitates etiam, eorundem temporum quantitatibus inuicem quandoque adiuuantur. vt [b] *Molossus* [c] *Coriambo, &c.* b – – – c – υ υ –

Sic & variorum aliquando temporum vocabula sese iuuant, vt [d] *Trochaea Articuli A. quae reperiuntur sub impari E. augmentant vltimum quaternarium* [e] *Spondaeum sub litera pari. H. tam eiusdem Articuli, quàm aliorum.* d – υ e – –

In hisce verò cuiuscunque generis collationibus, Dirigens est Libelluli adiuuati non adiuuantis.

Vltimò subauditis Nominum casibus, & verborum Personis ac Temporibus, undiq; augmentantur capsula. Hoc enim modo, vel una [f] *[caca] Adiectiuum, tibi quinque* f pag. 44.

repra-

repræsentat vocabula. Et uno
g pag. 55. *illo Verbo* [g] [*iungitur*] (*ex Authoritate sui ipsius capsulæ*) *verba plus minus duodecim subaudiuntur.*

Hæc omnia (*plurimáque alia, quæ ex Praxi quotidiè occurrebunt*) *qui sedulò animadverterit: non solùm tempora non ludet, aut ociosè conteret: sed habitum poëticum pristino quovis solidiorem, & magis authenticum, comparabit.*

Errata

Errata prius Corrigenda, quàm libri praxis ineunda.

Pag. 4. *Herse* deleatur *ista* lege *Ista* p. 5 *igneus* l. *igneo* Lavo *Herse ira* p. 9. verba illa *incidat occidat*, &c. carent distinctione marginal. *à cado* p. 11. *Inachi* caret distinctione marg. *patronym* p. 12. in marg. 45. l. 55. p. 13. *Eôo* d. p. 14. l. *emissi Eoo erepti* p. 16. *Euxinus* d. p. 17. l. *ementitus Euxinus exactus*

pag. 19. A. ——— l. leg. A. ——— K.

p. 20. *institerant* l. *insisteriint* p. 22. l. *Ismaria Oebalia opposita* p. 24. *Antilacus* l. *Antilochus* p. 27. *induimus induimur induntur*. *acciderat occidimus* carent dist. marg. *à cado* p. 36. *Brontes* d. p. 37. *Pallas* caret dist. marg. *faem*. p. 39. *farngit* l. *frangit legis* caret dist. marg. *praet*. p. 41. l. 1. *Castori coniuge*, &c. p. 43. *Phoebe* caret dist. marg. masc. *Spinga* l. *Sphinga*. p. 46. l. 1. *Brontes votis*. *Castori* d. p. 47. l. 2. *Graia lesi*, &c. p. 48. in mar. *praes*. l. *praet*. p. 49 *refert* caret dist. marg. *impersonale* p. 51. *Seruius* l. *Seruiu*. *Tanarii* fortè *Tenarus*. *Trinacris* d. p. 53 l. *sertilis Trinacris tristibus*, &c. p. 59. l. *semianimem Trinacriam virgineam*, &c. l. *Delphice Derceti dextera*, &c. *Graia* d. p. 61. *Theria* fortè *Tirea* l. *gemmas Graia grandia* p. 64. *Thersites* fortè *ter* p. 65. *Derceti* d. *Peligna* d. p. 66. l. *peccandi Peligna pendenti*, &c. p. 68. *Tyrrheni* d. *diritam* l. *dirutam* p. 69. l. *turbatum Tyrrhenum ventorum*, &c. p. 75. *Cecropidis* caret dist. marg. 33. 66. *Phyllacides* l. *Phylac*. *Priamides* caret dist. marg. masc. p. 76. *considerant* caret dist. marg. *à cado* p. 77. *Dulcicii* fortè *Dulichij* p. 80. *Cinyphium Mygdonius Naritius* d. p. 83. l. *Chaonius Cinyphius coctilibus* p. 84. l. *Munichios Mygdonius Naritius nectareis*, &c. p. 95. l. *aqua aue ego*, *seq*. *aue* d. p. 96. *incilla* l. *incisa* p. 112. *vitulus* caret dist. m. 2. 11. 44. 55. p. 125. *fructices* l. *frutices* p. 139. *Iô ope* d. *Iô*. l. 4. *Iô ita vbi* p. 140. *homo Iô* d. *Iô* l. 4. *sibi Iô uti* p. 143. *Echidnae* d. l. *inaequali Echidnae inassueta*, &c. p. 147. *sibi sine* d. *sine* p. 148. *gradus* caret dist. m. 2. 11. 44. 55. p. 159. *Melanchaetes* l. *Melanchetes* p. 160. *Calaurea Perilleo Prometheo* d. l. 2. *bipartito Calaurea colonato* l. *pharetrato Perilleo Pherecleā precatori procelloso Prometeo pruinosā*, &c. p. 165. l. 2. *Corinthiacis*, &c. p. 168. *intus* l. *intus* p. 169. 1000 ——

inter 4. & 1 ponatur M. p. 170. *exactum* l. *exactum* p. 174. *altrici* l. *altrici* p. 175. l. *Euoenus Eueni auentus*, &c. l. *Orphaei Ossaea vltori* p. 178. *ossae* l. *Ossaa Ossae umbrosā* p. 181. *Aenaeus* d. p. 182. *Asorpon* l. *Asopon* p. 188. *Aematijs* l. *Aemathijs* p. 190. *Halcyone* l. *Halcyone Hilaonome* l. *Hylonome* 195. *Amnerijs* fortè *Aemathijs* p. 199.

ferid

fortè l. *fortè* p. 205. *Phabi* ² *plebi* l. ² *Phabe plebe* p. 206. *Veste* l. *veste leve* l. *leve leve longa*, &c. p. 207. l. *difficile Maonia mirifica*, &c. l. *Tanaria Trinacria* l. *promissis quinquatrius radices* p. 210. *Belide* caret dist. m. *masc. Peligna* d. p. 211. *Calcata* l. *calcatâ* p. 213. l. *peccandi peligno pendenti* p. 214. l. *sincero Tarpeia Tarpeio tentanti* p. 215. *impleuu* d. p. 216. l. *plangarum pernarum Pannorum Pompeium portarum*, &c. p. 219. *Myrtoös* d. p. 221. l. *mutatus Myrtoäs nascenteis* p. 227. l. *Pigmalion* † *Quinquatribus Quinquatrijs tusticidas*, &c. p. 228. † *quinquatrius* d. p. 229. *Iapetide* l. *Japetide*. † *Priamide* d. † p. 232. l. *Treicia Trinacria turbineo* p. 233. l. *perpetuum Pompeium pracipuum* p. 245 *apum* l. *ăpum* p. 249. *Epulas* l. *epulas*. p. 257. *tumulo* l. *tumulo*. *capero* fortè *capere* p. 258. *Colchas* l. *Colchos* p. 259. *dd.* ⁿ *mensis* d. *dd.* p. 262. *quaestus* l. *questus* p. 265. *Lesbo* l. *Lesba* p. 267 l. *feto* † *signa* p 278. *Nymphys* l. *Nymphis* p 287. *Xiphas* l. *Xiphias* p. 292. *facile* d. l. *duplici Fabia Fabia facile* p. 295. *occidi* caret dist. marg. *à cado* p. 299. *Menaleus* l. *Menalus* p. 302. *occidit* caret dist. marg. *à cado* p. 306. *despexis* l. *despexit* p. 311 *moriturâ* l. *moritura*.

pag. 312. K. ᴗᴗ N. leg. K. ᴗᴗ – ᴗ S.

p. 327. *ver vir* l. *ver* † *vir* &c. p. 335. l. *arcus Atlas aurea*, &c. p 340. *Erithum Heroum* d. *Heroum*. p. 351. l. 6. *argumentum armentorum* &c.

pag. 354. ᴗ – T. vel E. leg. – ᴗ T. vel E.

Atlas d. p. 357 *Ima...* caret dist. m. *pariorum*. p. 361. *aequiparente* l. *aequiparante* p. 371. in m. d. a l. *motus* † *marus* l. *nolis* † *nomen* p. 373. l. *ternos Teucros totos* p. 386. ² *filius folis* l. *filius* ² *folis*, *Sapphos* l. *Sapphus* p. 394 † *fleverant subijt* l. *fleverāt* † *subijt* p. 395 l. *Corithi corythi cumulo*. *Cynare* l. *Cynara*, *Dydime* l. *Didyme Thracia* d. p. 357 l. *duplici Fabia fluido* &c. p. 399 *cremeram* l. *Cremeram* p. 400. l. *pavidam Phrygiam placidam*, &c. p. 403. *potitus* l. *positus* p. 407. l. *Patroclus Pendum piscator* p. 412 *Galathea* l. *Galathea* p. 416. *Piramida* l. *Piramida*. p. 420 *Polyhymni Pariamcida* l. *Polyhymnia Priamida* l. 2. *Berecynthia Calydonia*, &c. p 425. *genetricis* l. *genitricis* p. 431. *Zanclea* l. *Zanclaë* p. 439. *pfistiteris* l. *pressistis* p. 446 *Pallas* caret dist. m. *fem.* p. 447. *tellus* l. ² *tellus* p. 455. *Hexametrum* l. *Pentametrum* p. 477. *odore* l. *odori*. p. 478. 2. *Hpperb.* l. *Hyperb.* p. 483. *bittura* l. *bibitura*. p. 484. *meum parum* d. *parum* l. 4. *parum* p. 486. *iace* caret dist. m. *à iacto*. p. 488. *squamis* d. p. 497. *dadici dedic.* l. *didic. didic.* p. 518. *Thysbe* d. p. 524. l. *terra Thisbe Troia*. p. 541. *Phalsea* l. *Phabisca*. p. 548. 4. *animâ* l. 2. *animâ Ithaca* caret dist. marg. *fem.* p. 552. *orela* l. *oracla*. p. 562.

p. 562. 563. 564. 565. } W. — — — — leg. W. vel G. — — — —

p. 574. X. — — AB. leg. X. — — AD.

p. 578. *Siphylum* l. *Sipylum*. p. 581. *Penaus* l. *Peneus* *Seireinas* fortè *Sirenas*.

p. 594. X. — ∪ ∪ leg. X. — — ∪.

p. 595. *Seireinas* forte *Sirenas*. p. 604. *Meneides* forte *Minei-des*. p. 608. *causimus* l. *peccauimus*.

p. 619. 622. 623. } X. — — — — leg. X. vel H. — — — —

p. 624. *Bacche* caret dist. mar. mase. p. 631. l. *uteribus Amulli-us* [1] *anhelitus*, &c. *inutilis Oïleus* l. *inutilis* [11] *Oïleus Amyntorio Amulius* d. *Amulius* p. 637. *legitur* l. *legetur*. p. 641. *Lycaoni* fortè *Lycaoni*. p. 648. *Aesaris* l. *Aesarus* l. *obtusius ocyor omnibus* p. 649. *alicit* l. *allicis* p. 654. † *hara hero* l. † *hara* † *hero* p. 659. *lassus* l. *lassus lectus* &c. p. 661. *pocis* l. *postis* p. 663. l. *silua sole somne* p. 666. *Iardanus* d. p. 669. *facinus* l. *făcinus* p. 675. *fi-dere* l. *fidere* p. 676. *pendere* caret dist. m. *pendo* p. 697. l. † *amica*, d, *amica* † *harena harena* l. † *harena harenā* p. 698. l. † *iniqua*, d, *iniqua* p. 695. † *Acesten* d. † p. 704. *secunda ecuta* l. *secunda secuta* p. 705. [a] *famo fera fide* l. *famo fera* [a] *fide* p. 706. l. 3. *cadis debemus darent dedis* p. 707. l. † *Capena*, d, *Capena* p. 708. l. † *lu-cerna*, d, *lucerna* p. 721. l. *fugata fugata* p. 745. *canteri* l. *canteri* p. 746. † *mĕsā* l. † *mĕsa more* l. † *more* p. 747. *mare* l. † *mare* † *pugna* d. † p. 748. *ruga* l. † *ruga*, d, † *rana* &c. p. 751. † *ride* d. † p. 755. *carmen* l. † *carmen* p. 756. *Delon Delos* l. † *Delon* † *Delos* &c. *fratris*. l. † *fratris* † *labor* d. † p. 758. † [a] *passus patris* l. † [a] *passus passus patres*. *Hac* 4. *paris ramus raptor retis* l. † *paris* † *ramus* † *raptor* † *retis* p. 759. *Tethin* l. *Tethyn* vel *Thetin* hæc duo *ventris vestis* l. † *ventris* † *vestis*. p. 760 *compos* l. † *compos dicti* l. *dictis* p. 762. *vilis* l. † *vilis* p. 763. *iungat* l. † *iungat*.



CARMEN HEXAMETRVM & Pentametrum.

A. — C.

4. heu. ô.

1. æs ars [a] os vrbs.
2. hâç hæc hanc has hic his hoc hos huic hunc.
3. eſt.
4. aſt aut en ex hàc haud heus hîc hinc huc.

[a] Oris.

1. *acta arma arte ore.*
2. *æquo auſa illa ille illi ipſa ipſe iſte omne vlla vna vſa.*
3. *eſſe ire ite.*
4. *ante atque ecce ergo imò immò inde vltrà vnde vſque.*

1. *auram orbem vrbem.*
2. *auſum idem illum vnum.*

A.	—	C.

3.
4.

	D.

1.
2. hæ hi.
3. i.
4. a ah e hei heu ô.

---

1. ars arx os vrbs.
2. hâc hæc hanc has hic his hoc hos huic hunc id is.
3. es eſt is it.
4. ab ac ad an aſt at aut en et ex hàc haud hìc hinc huc in vt.

— υ.	E.

1. Acin Acis[a] actus æger ęris[b] ęſtus æquor agmen ales amnis Andros anguis annus arbor Arcas[c] arcus arcis ardor Argos Argus artis auctor augur Auſter autor axis enſis error Eurus exul[d] hauſtus Hector hortus hoſpes hoſtis Ilus imber inſtar Iphis Irin Iris Irus Omen orbis oris[e] ortus Othryn vlmus

a b c d e f — 1.5.

A.	—— ᴗ	E.

ulmus vltor vrbis [f] vſus vxor.

2. acer acris actus æger æquus alter aſper auctus auſus ecquid ecquis hauſtus hirtus huius illud imus omnis orbus orſus ortus vltus vnus vſtus vſus.

3. abſit addat addis addit adſit æquet affer afflat ambit arcet ardet armat armet arſit audet audit aufer auget, egit errat erret eſſet eſtur exit explet exſtat hæret hæſit haurit hauſit horret hortor ibat ibis ibit implet imus inquit inſtat intrat irtret iret iſſet itur obſtat odit optat optet orat oret vixit vrget vrit vror vtar.

4. illic inter intus.

1. *æthera agmina Arma Icaro Ilia oſcula.*

2. *vtile.*

3. *accipe adſpice aſpice effice effuge elige exige incipe vtere.*

4.

A. — υ . F.

1\. acta æde æra ære agna amne Anna antra ara arce Arge arma arte arua astra aura aure axe ense exta hasta herba Herse hora hoste igne imbre ira isa Isi ora orbe ore ossa ova vmbra vnda vngue vrbe vrna vrsa.

2\. ægra æqua alba alma alta apta atra aucta ausa ause empta icta illa ille ima ipsa ipse ista iste omne orba orta vda vlla vlta vna.

3\. adde ede esse este ire isse ite vre.

4\. anne ante atque ecce inde vnde vsque.

A. — — G.

a 2, 11. 44. 55. 1. [a] arcus Heros.

2\. illis illos.

3\. addunt adsunt æquent ardent errant essent horrent hument ibunt instant orant.

4\. illic illuc.

1\. *Antæo offensa.*

2\. *adiuta*

A. — — G.

2. adiuta admota affixa afflata Argiua aurata effecta emixa erepta euicta excussa explenda expleta indigna intrata inuisa offensa ornata.

3. accede astringi audebo errasse exire ignari implesse intrasse inueni.

4. impunè.

— —

1. Autumnum erratum errorem exemplum vndarum.

2. ereptam errantem extantem extinctum ignotum vtendum.

3.

4.

⏑⏑ — ⏑⏑ H.

1. Argo auræ auro irâ orni.

2. ambo illâ illæ illi illo ipsâ ipsi ipso isto vno.

3. Odi.

4. eheu ergo vltra.

— —

1. actum ædem aram iram hostem horam ensem vrbem.

A — — H.

2. actum ecquem idem illam illum ipsum vllum vnam vnum.

3. absim.

4. olim vnquam.

---

1. annos Argos auctor error hostes hostis index oris Orphas Othrys vndis vrbis.

2. adstans alter ausus ecquid illas illis illos illud ingens ipsos omnes omnis vnus.

3. addat aufert ausit egit errant essent esset ibat ibis ibit ibunt odit.

4. illic illuc inter istic.

H — ∪∪ G.

1. Accius Æacus Æacon Æolis Æolon Æolus æquoris aëris Æsacon Æsonis æstibus ætheris alitis Alphitus alueus Ampelon anguibus angulus annulus Anthias Appius Appulus Apulus arbiter arboris arbutus Arcades Arcadis Arcados Argolis armiger

artibus

A.	—uu	G.

artibus Aſtylos Athracis Atracis Attalus auribus Ennius enſibus Eubius Euritus [a] exitus exſulis Harpalos Hectoris Herculis heſperus Hippaſon Hippaſus hoſpitis hoſtibus Icarus ictibus idibus ignibus Ilias Ilion Ilios illicis imbribus [b] impetus Inachus inguinis inſtitor Iphias Iſidis obſidis Olenes Olenus Ophias oſſibus vnguibus vrbibus vſibus.

a }
b } 1. 5.

2. acidus acribus acrior acrius additus æmulus altior altius annuus anxius aptior aptius arctius arduus aridus armiger aureus ebrius ecquibus editus efferus enſifer horrifer horridus illius impiger impius improbus immemor indigus inſcius integer irritus iſtius [a] oblitus obrutus obuius ocyor omnibus optimus vltimus vnicus vnius vtilis vuidus.

[a] Oblinos.

3. abdidit abnuit abſtinet abſtrahit abſtrahor abſtulit ac-

A.	— ∪ ∪	G.

cipit addidit addimus additis additur adfuit adiacet adijcis adijcit adiuvat adiuvet adiuvor admonet admouet adſpicis adſpicit adſumus aduehar aduehor aduocor aduolat æſtuat afferat afferet afficit affuit affluit aggemit alleuat allicit alligat alloquor ambiat ambulat annuit applicat applicor arceat arceor arcuit ardeat arguat arguis arguit arguor arripit arſerat aſpicis aſpicit aſſidet aſtitit attinet attrahat attulit aucupor audeat audiat audiet auferat auferet auferor augeat auguror auxerat ederit edidit educat educet efferor efficit [a] effodit [b] effugit egerat egeris egerit eligis eligat eligit eloquar eloquor emicat eminet erigor eripis eripit erudit euehor euocat euocet euolat excidit excipis excipit excitat excitor excoquit excreat excutit exeat exhibet exiget exigis exigit eximar eximit expedit expetit explicat exprimat

a b præſ.

A. —— ∪∪ G.

mat exprimit expulit exſeris exſerit exſilit extitit extrahit extulit exuet exuit exulat exulet hæreat hæſerat horreat horruit ibimus impedit imperat imperet impleat implicat implicet improbat impulit imputat imminet immolat incidat incidit incipis incipit incitat incitet increpat increpet increpor incubat indicat indicet induat induet induit inferet inficit influit ingemis ingemit ingrauat inijcit innatat innuet inquinat inſequar inſeris inſilit inſpicit inſerit inſtruat inſtruis inſtruit interit intonat intulit [a] inuenit inuidet, [a] præſt inuocat irruat irruit obfuit obijcit obligat obligor obruit obruor obſidet obſtruat obſtitit obtulit occidat occidet occidit occidis occulit occupat occupet oderat oderit odimus opprimet ordiar vngimur vteris vtimur vritur vtitur.

4. acriùs altiùs amplius ap-

A. —— ∪∪ G.

tiùs arctiùs attamen eminus hactenus insuper.

——

1. *Egeria Hippolyte officio.*

2. *admonita attonita eximia exhibita Illiaca imposita.*

3. *abluere abstrahere accidere accipere accipite adspicere adspicite annuite aspicere attrahite efficite effugere effugite egerere egredere eligite erigite eripere eripite excidere excipite excutere exerere exigere exigite extruere exuere incipere induere inijcere insequere inserere instruere obruere opprimere.*

4. *vsq; adeò.*

——

1. *Eridanum ingenium oceanum.*

2. *ambiguum exanimem exiguum.*

3. *adijcerem.*

4.

H.

1. aduena

A.	—— ᴗᴗ	H.

1. aduena Ægea Ægida æquora æquore aëra aëre Ærota æthera æthere Africa agmina agmine Albula alite Ampyca anchora Appia area atria Attice Aulida auſpice Aulide Euryte exule Hectora Hectore Hercule Hæmona Himera Hipſea hordea horrea hoſtia Icare Ilia ilice impete Inachi incola India indice infera inguine innuba inſula intyba obſide ocia Oeſypa omine oppida ordea ordine Orgia Orphea oſcula oſtia oſtrea otia vbera vbere Vmbria vngula.

2. abdita addita æmula altera annua anxia ardua arida aſpera Attica Attice aurea edita eruta horrida hoſpita hoſtica hunccine humida ignea illita impia improba improbe infera inſcia intima inuia inuida inuide irrita Itala obruta obuia omnia optima optime vltima vnica vtraq;

A.	—∪∪	H.

traq; vtile.

3. abdere ablue accipe addere adijce adſpice annue aſpice [a] edere effice effuge elige eripe excipe excute exige exue hiſcere impete incipe inijce indue infice inſere inſpice obrue odero opprime vrere vrite vtere.

[a] pro declarare.

4. vndique.

A.	— — —	I.

1. Actæon Æneas Atrides † [a]euentus vltores.

[a] 2.11.44.45.

2. abductis abſumptis accenſis acceptas acceptos Actæas Actæis adductas adductis adductos aduerſis † agreſtis amplectens argutos arreptos aſſuetas aſſuetos auditis expendens extremos humentes ignotis imbelles incertas infelix ingentes injectos inuitis.

3. abſumant accedent accedunt accuſes aſcendunt aſſueſcunt † auditis † auertit eneruant errabant erumpunt excercent excercent

A. ——— I.

ercent exerces ignorant ignoſcant indulgent intendent † occurrat occurrunt.

4.

1.

2.

3. *admouere effluxere exercere exhalare expirare exturbare extraxere inuidere.*

4.

1.

2. *infœlicem obliquantem.*

3.

4.

K.

1. Admeti aduentu Ægyſti Æneæ affatu Alcmene amplexu Anchiſæ Ancillæ argenti argento Aſtræi edicti electro Eoo euentu Eumeli exempli exemplo Hippuri impensâ occurſu offensâ offenſi.

2. abductâ abſenti accepto adjecto

A. ——— K.

adjecto admissi admotæ admoti aduersi aduerso æquali æquandi ærati affusæ affusi agresti alterno ambusti amisso antiqui arenti armandi armatæ assuetâ auditâ auditi augustâ augusto edicti effusæ elato emissi erepti erranti euincti excepto experttæ extincti hærenti hæsurâ hesternâ hostili humanæ humani humano ignarâ ignaro ignotæ ignoto imbutæ immensæ immensi immotæ impensâ impresso incerti incerto incisæ inclusæ incluso indigno inducto infausto ingenti ingrato iniectæ intactæ iratâ inuecti inuiso invitâ inuiti inuito [a] obliti obscœni obscuræ offensâ offensi.

[a] ab obliuiscor.

3. accessi accuso admoui affigi affigo amplecti aptari ascendo astringo auxisti excepi exclamo hortari implebo implesti impleui imponi incingi incumbo induro inieci intrasti intraui inueni inuiso obstari optabo optasti

A. ——— K.

tasti optaui oraui ostendi vlcisci.

4. extemplò.

1. Actæum actorum Æneam affectum Alcadrum amplexum aprilem Arcturum argentum armentum auctorum auditum auroram aurigam authorem effectum egressum errorem Europam exemplum hæredem hastarum herbarum Idæum infantem inuentum occursum offensam vmbrarum vndarum vxorem.

2. ablatum acceptum actorum admissam admissum admotum adstrictum æquantem æternum afflictū amissam amplexum angustum annosam aprilem arreptam arsurum assuetā assuetum assumptum astrictum audacem auditum auersum auulsum egressum effectum edentem eiusdem elatum emissum ereptam errantem excussam expletum expulsum exanguem extantem extentam

A. ═══ K.

tam extentum externum extinctum extremam extremum hærentem hęsurum hesternam humanum Idæum ignaram ignotum illatum inclusam immanem impulsam incertum indignam infestum ingentem ingratam ingratum innexam intonsum iratum irrisum inuentam inuentum inuictum inuisam inuisum inuitam inuitum obliquum obsutum occultum offensam orantem oppressum optantem vstarum.

3. accedam ardebam astringam excedam excusem expectem hærebam hæsissem insistam occurram optabam.

4. Interdum.

1. adjutrix aduentus ætatis affectus Aglauros Aiacis Alcides Alcmonis amplexus Atlantis auctoris Augustus Echion errores erroris euentus Euximus hortator Hylæus inuentor Ismenis Inoös ornatrix vltores.

2. ab-

A. — — — K.

2. abſentes acceptus admotas admotis adſcitus aduerſos aduerſus Ægæus æqualis Ætnæos affectus affirmans agreſtes albentes ambobus amplectens amplexus antiquus arentis arſuros arſurus aſſuetas aſſuetos aſſuetus aſtringens attollens audaces audentes auditos auerſos auerſus auertens auguſtus effuſus elapſus eluſus emenſus enodis Eoas euictus euinctus exactus exangues exceptus externas externis externos extructas horrendus hamatis hirſutus humanos hoſtiles ignarus ignauus ignaros ignotos illius imbelles immiſſus immitis immotos immotus immunes implumes imprudens impubes incertus incinctus incluſus incumbens indulgens indutus infelix infirmis ingentes ingentis ingratas ingratos innitens innixus inſignis inſontis inſtantes intendens inuiſus inuitis inuitus iratus [a] oblitus obſcuros obſtantes

[a] ab Obliuiſcor.

A. ——— K.

ſtantes occurrens offenſos optatis orantis oſtendens vnius.

3. abſcidit accedant accedat accedet accepit acceſſit accuſat addebat adducet admiſcet admiſit admittit admouit adſpexit æquarent affecit afflarant agnoſcat agnoſcit agnouit ambibat amittet apparet appellant appellat appellent arcebat arſerunt aſcendit aſpexit aſſumpſit aſtrinxit attollat attollit audiſſet auellit auerſor auertis auertit augebat augetur auxerunt ejectat elabar elabor elidunt elimat eludit emergunt emiſit emittit emittunt emollit erexit errabat erramus errauit erumpit eſſemus euicit euincit euoluit exarſit excepit exceſſit exclamat excuſat excuſſit exegit exerces exercet exhalant exiſtit exiſtunt exorant expectet expilat expletur exploret expoſcit exurit exultant exultat hærebat hærebit hæremus heſerunt hæſiſſet horrebant hortatur

ignoras

A. — — — I.

